Virga tua, et baculus tuus:* ipsa me consolata sũnt.

Parasti in conspectu meo mensam,* adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum:* et calix meus inebrians quàm præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me,* omni-
bus diebus vitæ meæ.


Et ut inhabitem in domo Domini;* in longi-
tudinem dierum.

Requiem æternam.

Antiph: In loco pascuæ ibi me collocavit.



Dei cta juventutis me æ et ignorantias .



meas ne memineris Domine. E u o u a e.

PSALMUS 24.

Ad te Domine levavi animam meam:* Deus
meus in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei:* etenim uni-
versi qui sustinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes * super-
vacuè.

Vias tuas Domine demonstra mihi:* et semitas
tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me:* quia
tu es Deus salvator meus: et te sustinui to-
ta die.

Remi-

Reminiscere miserationum tuarum Domine,*
et misericordiarum tuarum, quæ a sæcu-
lo sunt.

Delicta juventutis meæ,* et ignorantias meas
ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei
tu:* propter bonitatem tuam Domine.

Dulcis et rectus Dominus:* propter hoc legem
dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio:* docebit mites
vias suas.

Universæ viæ Domini misericordia et veritas,*
requiruntibus testamentum ejus, et testimo-
nia ejus.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis
peccato meo:* multum est enim.

Quis est homo qui timet Dominum? * legem
statuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur:* et semen
ejus hæreditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum:*
et testamentum ipsius ut manifestetur il-
lis.

Oculi mei semper ad Dominum:* quoniam
ipse evellet de laqueo pedes meos!

Respice in me, et miserere mei:* quia uni-
cus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt:* de
necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, et laborem meum:* et
dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt,* et odiô iniquô oderunt me.

Custodi animam meam, et erue me:* non erubescam quoniam speravi in te.

Innocentes et recti adhæserunt mihi:* quia sustinui te.

Libera Deus Israël,* ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem æternam.

Antiphona: Delicta iuventutis meæ et ignorantias meas ne memineris Domine.

e

Credo videre bona Domini in terra

e

vi ventium. E u o u a e.

PSALMUS 26.

Dominus illuminatio mea, et salus mea,* quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ,* a quo trepidabo?

Dum appropriant super me nocentes:* ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei,* ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistent adversum me castra,* non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me praelium,* in hoc ego sperabo.

Unam petii a Domino, hanc requiram,* ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae.

Ut videam voluptatem Domini,* et visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo:* in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me:* et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis:* cantabo, et psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te:* miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea:* faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam a me:* ne declines in ira a servo tuo.

Adiutor meus esto:* ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me:* Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua:* et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: *
 quoniam insurrexerunt in me testes iniqui,
 et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini * in terra viven-
 tium.

Expecta Dominum viriliter age: * et confor-
 tetur cor tuum, et sustine Dominum.

Requiem æternam.

Antiph: Credo videre bona Domini in terra
 viventium.

Ÿ. Collocet eos Dominus cum principibus.


Œ. Cum principibus populi sui. Pater noster.
totum secreto.

Lectio IV.

Responde mihi: Quantas habeo iniquita-
 tes et peccata, scelera mea et delicta
 ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis,
 et arbitraris me inimicum tuum? Contra
 folium, quod ventô rapitur, ostendis po-
 tentiam tuam, et stipulam siccam perse-
 queris. Scribis enim contra me amaritu-
 dines, et consumere me vis peccatis adole-
 scientiæ meæ. Posuisti in nervo pedem me-

um, et observasti omnes semitas meas,
 et vestigia pedum meorum considerasti:
 Qui quasi putredo consumendus sum, et
 quasi vestimentum, quod comeditur a ti-
 nea.

Respons.




Memento me i De us, quia




ventus est vita me.




a. Nec aspi ciat me



visus ho minis.



De profundis clamavi ad te Domine,



Domine exaudi vocem




meam. Nec aspiciat.

Lectio V.


Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus men-

sium ejus apud te est: constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii dies ejus.


Respons.




Hei mi hi Do mine quia pec ca vi




ni mis in vita me a quid^o faciam



mi ser^o u bi fu giam,



nisi ad te De us me us? Mise.



rere me i, dum ve neris



in no vissimo di e.



Y. A nima me a turba ta est val.



de, sed tu Do mine suc curre



e i Miserere.

Lectio vi.

Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertran-

transeat furor tuus, et, constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursus vivat? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

Respons.

E♭

Ne recor de ris pec cata me a


E♭

Do mine.

E♭


Dum ve neris judica re sa-

E♭




culum per ignem.

E♭




y. Di rige Domine Deus

E♭




me us in conspectu tuo vi.

E♭




am me am. Dum veneris.

E♭





y. Requiem aeternam dona e.

E♭



is Domine, et lux perpetua lu.



IN TERTIO NOCTURNO.

Pro Feria quarta et Sabbato.

mine ad adjuvandum me respice. E u o u a e.



PSALMUS 39.

Expectans expectavi Dominum: * et intendit mihi.

Et exaudivit preces meas: * et eduxit me de lacu miseriæ et de luto fecis.

Et statuit super petram pedes meos: * et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum, * carmen Deo nostro.

Videbunt multi et timebunt: * et sperabunt in Domino.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus: * et non respexit in vanitates, et insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: * et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiavi et locutus sum: * multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium et oblationem noluisti: * aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti: * tunc dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: * Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna: * ecce labia mea non prohibebo: Domine tu scisti.

Justitiam meam non abscondi in corde meo: * veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam, * a concilio multo.

Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas a me: * misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus: * comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui, ut viderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: * et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine ut eruas me: * Domine ad adjuvandum me respice.

Confundantur et revereantur simul qui quærunt animam meam, * ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, et revereantur, * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent et lætentur super te omnes quærentes te: * et dicant semper: Magnificetur Dominus qui diligunt saluare tuum.

Ego autem mendicus sum, et pauper: * Dominus sollicitus est mei.

Adjutor meus, et protector meus tu es: * Deus meus ne tardaveris.


Requiem æternam.

Antiphona. Complaceat tili Domine ut eripias me, Domine ad adjuvandum me respice.

Sana



Sana Domine animam meam quia peccavi tibi



E v o v a e.

PSALMUS 40.

Beatus qui intelligit super egenum, et pauperem: * in die mila liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra: * et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem fecit illi super lectum doloris ejus, * universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine, miserere mei: * sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: * Quando morietur, et peribi nomen ejus?

Et si ingrediebatur, ut videret, vana loquebatur, * cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, * et loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei: * adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum

me:* Numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi:* qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, et resuscita me:* et retribuam eis.


In hęc cognovi quoniam voluisti me:* quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti:* et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.


Benedictus Dominus Deus Israël a sæculo, et usque in sæculum:* fiat, fiat.

Requiem æternam.


Antiphona: Sana Domine animam meam, quia peccavi tibi:



Si ti vit anima mea ad Deum vi vum,



quando veniam et apparebo ante faciem Domini



E u o u a e.

PSALMUS 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: * ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: * quando veniam et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, et effudi in me animam meam: * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis, et confessionis: * sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? * et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: * pro-

pterea

pterea memor ero tui de terra Jordanis et Hermoniim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat:* in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui* super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam:* et nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ:* dicam Deo: susceptor meus es.

Quare oblitus es mei?* et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea,* exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus?* quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi:* salutare vultûs mei, et Deus meus.

Requiem æternam.

Antiphona. Sitivit anima mea ad Deum vivum: quando veniam, et apparebo ante faciem Domini?

Ÿ. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.

Ŕ. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. Pater noster: *totum secr.*

Lectio vij.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviantur, et solum mihi superest sepulchrum.

Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea, et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc praestolatio mea et patientiam meam quis considerat?

e b



Peccantem me quoti die et non me pænitentem,

e b








timor mortis conturbat me.

e b





Quia in inferno nulla est redemptio,




Lectio viij.

Pelli meae, consumptis carnibus, adhæsit os meum, et derelicta sunt tantummo-

do labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim, quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum, et rursùm circumdabor pelle meâ, et in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo.






dignum in conspectu tu o e gi



i deo de pre cor ma-




ie statem tu am:



Ut tu De us de leas



iniquita tem me-



am. y. Amplius la va

me Do mine ab injusti tia me-

a, et a delicto me o mun

da me. Ut tu

Lectio IX.

Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum, antequam vadam et non revertar ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine: terram miseriæ et tenebra-

rum, ubi umbra mortis, et nullus ordo,
sed sempiternus horror inhabitat.


Respons.

e♭




Libera me Do mine de viis inferni,

e♭




qui portas æreas con fre-

e♭




gi sti, et vi sita sti in-

e♭




fernum, et dedisti eis lu-

e♭



men, ut viderent te.


E♭




E♭




E♭




E♭




E♭












E♭





Sequens Ps. dicitur solummodo in die Comm. omnium Defunct: et quodcumque pro Defunctis dicuntur novem Lectiones.





e

et mi se riæ, dies magna et a mara

e

val de. Dum ve. Requiem æternam


e

dona eis Do mine et lux perpetua lu-

e

ce at eis. Libera me.

AD LAUDES.

Absolute incipit Antiphona.

PSALMUS 50.

Miserere mei Deus,* secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum,* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea:* et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco:* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci:* ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum:* et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti:* incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor:* lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiarum: et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiā salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, et humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Jerusalem.


Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem æternam.

Antiphona: Exultabunt Domino ossa humiliata.



Exaudi Domine orationem meam,



ad te omnis caro veniet. *Euonae!*

PSALMUS 64.

Te decet hymnus Deus in Sion:* et tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam:* ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos:* et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, et assumpsisti:* inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domûs tuæ:* sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster,* spes omnium finium terræ, et in mari longè.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentiâ:* qui conturbas profundum maris sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur Gentes, et timebunt qui habitant terminos a signis tuis.* exitus matutini et vespere delectabis.

Visitasti terram et inebriasti eam: * multipli-
casti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti ci-
bium illorum: * quoniam ita est præparatio
ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus: *
in stillicidiis ejus lætabitur germinans.



Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: * et
campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa deserti: * et exultatione
colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, et valles abunda-
bunt frumentô: * clamabunt, etenim hy-
mnum dicent.

Requiem æternam.

Antiph: Exaudi Domine orationem meam, ad
te omnis caro veniet.



PSALMUS 62.

Deus Deus meus* ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea,* quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et in via, et in aquosa:* sicut in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super veritatem:* labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea:* et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea:* et labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum in matutinis meditabor in te:* quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te:* me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ:* tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo:* quia obstructum est os loquentium iniqua.

Hic non dicitur Requiem.

PSALMUS 66.

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis:* illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut co-

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus Gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.


Lætentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in aequitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: et metuant eum omnes fines terræ.

Requiem æternam.

Antiph: Me suscepit dextera tua Domine.



Canticum Ezech:

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quæsiui residuum annorum meorum,* dixi: Non videbo Deum meum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra,* et habitaculum quietis.

Generatio mea ablata est, et convoluta est a me,* quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordinerer, succidit me:* de mane usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad mane:* quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

De mane usque ad vesperam finies me,* sicut pullus hirundinis sic clamabo: meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei,* suspicientes in excelsum.

Domine vim patior, responde pro me.* Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos* in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, corripies me, et vivificabis me.*

Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam ut non periret,* projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.


Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te:* non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodiè:* pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac,* et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Requiem æternam.

Antiphona: A porta inferi erue Domine Animam meam.



Omnis spiritus laudet Dominum. Evovae. —

PSALMUS 148.

Laudate Dominum de cœlis:* laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus.* laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna:* laudate eum omnes stellæ et lumen.

Laudate eum cœli cœlorum:* et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt:* ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi:* præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra,* dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum:* quæ faciunt verbum ejus.

Montes et omnes colles:* ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ et universa pecora:* serpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ, et omnes populi:* Principes, et omnes judices terræ.

Juvenes, et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini:* quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum, et terram:* et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus:* filiis Israël, populo appropinquanti sibi.

Hic non dicitur. Requiem.

PSALMUS 149.

Cantate Domino canticum novum:* laus ejus in Ecclesia sanctorum.

Lætetur Israël in eo, qui fecit eum:* et filii Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro:* in tympano, et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo:* et exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria:* lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in gutture eorum:* et gladii
 ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus:* in-
 crepationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus:*
 et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum:* glo-
 ria hæc est omnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Requiem.

PSALMUS 150.

Laudate Dominum in sanctis ejus:* laudate
 eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus:* laudate eum
 secundum multitudinem magnitudinis ejus.


Laudate eum in sono tubæ* laudate eum in
 psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano, et choro:* laudate
 eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: lau-
 date eum in cymbalis jubilationis:* omnis spi-
 ritus laudet Dominum.

Requiem æternam.


Antiphona: Omnis spiritus laudet Dominum.




v. Audivi vocem de cælo dicentem mihi.

ry. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Ad Benedictus Antiphona.




Ego sum resurrectio et vi ta qu.



credit in me, etiamsi mortuus fuerit vivet,



et o mnis qui vivit et credit in me non mori.



etur in æ ternum. Evovae.

Benedictus Dominus Deus Israël,* quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis,* in domo David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum,* qui a sæculo sunt, prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris,* et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris:* et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum,* daturum se nobis.

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati,* serviamus illi.

In sanctitate et justitia coram ipso,* omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis:* præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus* in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri:* in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris et in umbra mortis sedent:* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem eternam etc.

Antiph: Ego sum resurrectio, et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet; et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum.

Deinde: Pater noster. *Reliquum secreto.*

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

✠. *Sed libera nos a malo.*

PSALMUS 129.

Hic Psalmus non dicitur in die Comm. OO. Fidelium defunctorum, et in die obitus vel depositionis d-functi, sed statim post Et ne nos inducas, dicitur ꝑ. A porta inferi: in aliis autem diebus, semper dicitur, etiamsi sit dies 3. 7. 30. vel anniversarium. Idem de Psalmo Lauda enima, in vesperis. — Si officium sit pro uno in fine Psalmi De profundis, et alterius Lauda, dicitur: Requiem æternam dona ei Domine — et in versiculis erue animam ejus; requiescat.

De profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est * et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem * speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis.

ꝑ. A porta inferi.

R. Erue Domine animas eorum.

ꝑ. Requiescant in pace. R. Amen.

ꝑ. Do.

☩. Domine exaudi orationem meam:

℞. Et clamor meus ad te veniat.

☩. Dominus vobiscum.

℞. Et cum Spiritu tuo.

Oratio conveniens videatur supra pag. 127.

M I S S A

P R O D E F U N C T I S

Introitus.

e


Re quem æ ter nam dona eis

e


Do mine: Et lux

e


perpe tua, luceat e



is. Te de cet hymnū Deus in Sion:




Et ti bi reddetur votum in Jerusalem: exaudi




orati onem meam, ad te omnis caro veniet.


Kyrie.




Ky rie elei son. Christe elei son.



Ky rie elei son. Kyrie e.




leison. Ky rie




e leison.


Tractus.




Absol ve Do mine a




nimas omnium fide lium defuncto-




rum, ab omni vin culo



deli cto rum. y. Et gra.




tiâ tuâ illis succurren te




mercan tur e va dere judi cium




ul tio nis. y. Et lu cis



æter næ be a ti-



tu dine per frui.




Sequentia.

I. CHORUS.




Dies iræ dies illa Solvet sæclum in favilla




Te ste David cum Sybilla.

II. CHORUS.



Quantus tremor est futurus quando iudex est venturus



cuncta strictè discussurus.

CHORUS 1.

Tuba mirum spargens sonum.
Per sepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.

CHORUS 2.

Mors stupebit et natura
Cum resurget creatura,
Judicanti responsura.

CHORUS 1.

Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur
Unde mundus judicetur.

CHORUS 1.

Quid sum miser tunc dictu-
rus?

Quem patronum rogatu-
rus?

Cum vix justus sit se-
curus.

CHORUS 1.

Recordare Jesu pie,
Quod sim causa tuæ viæ,
Ne me perdas illâ die.

CHORUS 1.

Juste judex ultionis,
Donum fac remissionis,
Ante diem rationis.

CHORUS 1.

Qui Mariam absolvisti,
Et latronem exaudisti,
Mihî quoque spem de-
disti.

CHORUS 1.

Inter oves locum præsta,
Et ab hædis me seque-
stra.

Statuens in parte dextra.

CHORUS 1.

Oro supplex et acclinis.
Cor contritum quasi ci-
nis;

Gere curam mei finis.

CHORUS 2.

Judex ergo cum sedebit,
Quidquid latet, apparebit.
Nil inultum remanebit.

CHORUS 2.

Rex tremendæ majestatis,
Qui salvandos salvas gra-
tis,
Salva me fons pietatis.

CHORUS 2.

Quærens me, sedisti lassus,
Redemisti, crucem passus,
Tantus labor non sit cas-
sus.

CHORUS 2.

Ingemisco, tanquam reus:
Culpâ rubet vultus meus.
Supplicanti parce Deus.

CHORUS 2.

Preces meæ non sunt di-
gnæ:
Sed tu bonus fac benigne
Ne perenni cremer igne.


CHORUS 2.

Confutatis maledictis,
Flammis acribus addi-
ctis,


Voca me cum benedictis.

CHORUS 2.

Lacrimosa dies illa,
Quæ resurget ex favilla,
Judicandus homo reus,
Huic ergo parce Deus.



Pie Jesu Domine! dona eis Requiem




A men.


Offertorium.




Domine Jesu Christe, Rex glo-








riæ, libera animas omnium fide-









lium de functorum de pænis




inferni, et de profundo lacu:







S a n c t u s .




Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth.



Pleni sunt caeli et terra, gloria tua. Osanna




in excelsis. Benedictus qui venit in nomine




Dominici. Osanna in excelsis.


A g n u s .




Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona eis




requiem. Agnus Dei qui tollis peccata mundi,




dona eis requiem. Agnus Dei qui tollis




peccata mundi dona eis requiem sempiternam.




Lux æterna luceat eis Domine,



cum sanctis tuis in æternum quia pius es.



Requiem æternam dona eis Domine: et lux



perpetua luceat eis, cum sanctis tuis etc.

ORDO SEPULCULI ADULTOS

Exportatio defuncti.

Sacerdos antequam cadaver efferatur, illud aspergit, mox incipit Antiphonam: Si iniquitates observaveris et statim dicit De profundis (stando) In fine Requiem æternam etc: deinde repetit Antiphonam oratam: Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit: quâ finitâ intonat Antiphonam Exultabunt Domino, et Cantores mox incipiunt Ps. Miserere.


Exultabunt Domino. Misere re

me i De us* secundum magnam miseri-


cor diam tuam.

Vel tono sequenti.

Misere re me i De us* secundum



ma gnam miseri cor diam




tu am.


Ps. Miserere vide pag: 180.

*In ingressu in Ecclesiam: Requiem æternam etc.
et repetitur Antiphona tota: Exultabunt Domino ossa
humiliata. Si non statim futura sit sepultura, canitur
sequens*


Responsorium.








Subve nite Sancti De i




oc cur rite An geli Do-




mini* Suscipientes animam e jus.





ter nam dona e is Do mine: et lux



perpe tua lu ceat e.



is. ** Offerentes.

Si delati in Ecclesiam statim futura sit sepultura, tunc loco Subvenite, canitur Responsorium Libera me etc prout infra ponitur. Item, si delato in Ecclesiam cadavere, statim canendum sit officium Defunctorum, post repetitam antiphonam Exultabunt, statim intonatur invitatorium: Regem cui omnia vivunt etc.

Conductus et Sepultura.

Finita Missa, Sacerdos deposita casula et manipulo, accipit pluviale nigri coloris, et Subdiaconus accipit crucem, et accedit ad f. retrum (quod ita fuit depositum, ut defuncti pedes si fuerit laicus sint versus altare, si vero fuerit Sacerdos, caput ipsius sit versus altare) ibique se sistit ad caput defuncti, medius inter duos acolythos; deinde sistit se Clerus circumcirca. Sacerdos vero cum Diacono confert se ad pedes defuncti ex opposito crucis, retro stantibus ei a ministro


duobus officialibus, uno cum thuribulo et nāvicula, altero cum aqua benedicta, et caeremoniario tenente librum, absolute incipit sequentem orationem.

Non times iudicium cum servo tuo Domine, quia nullus apud Te justificabitur homo, nisi per Te omnium peccatorum tribuatur remissio. Non ergo eum quæsumus, Tua judicialis sententia premat, quem Tibi vera supplicatio fidei christianæ commendat: sed gratiâ Tuâ illi succurrente, mereatur evadere iudicium ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Responsorium.




Libera me Do mine de morte



æ ter na in die illa

tre



tre men da: * Quando cœ li




mo vendi sunt et ter ra.




** Dum ve neris ju di ca re sæ ca.




lum per i gnem. ¶ Tremens factus sum




ego et ti meo, dum discus sio venerit,



at que ven tura ira. * Quando etc.




Ÿ. Dies illa, di es i ræ, calamitatis



et mi se riæ, dies magna et a mara



val de: **Dum ve. Ÿ. Requiem æternam



dona e i Do mine et lux perpetua



lu ceat ei Libera me.

Sacerdos, circa finem Responsorij, ponit incensum in thuribulum; et finito responsorio, ab eodem Sacerdote vel a cantoribus, praccinitur: Kyrie eleison, Chorus verò respondet: Christe eleison, Kyrie eleison, in tono sequenti.



Ÿ. Kyrie elei son.

Ÿ. Christe elei son.

Kyrie e lei son.

Mox al à voce dicit Sacerdos: Pater noster, reliquum secretò dicitur, et interim Sacerdos incensat corpus defuncti, et aspergit aquâ benedictâ, quibus peractis cantat sequentia respondente chorò.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Ÿ. A porta inferi.

R. Erue Domine animam ejus.

Ÿ. Requiescat in pace.

R. Amen.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad Te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

O r e m u s .


Deus cui proprium est misereri semper et parcere, Te supplices exoramus pro anima famuli tui N. (vel famulae tuae N.) quam de hoc sæculo migrare jussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obli-

viscaris in finem, sed jubeas eam a Sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradisi perduci; ut quia in Te speravit et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.


Postea sequens cantatur Antiphona.




In paradisum deducant te An geli: in tuo,



adventu suscipiant te martyres, et perducant te



in ci vi ta tem sanctam Jerusalem chorg ange-




lorum te suscipiat, et cum Lazaro quondam




paupere æternam ha beas requiem.


Deinde celebrans intonat Antiphonam: Ego sum. Mox incipit canticum Benedictus et corpus defertur ad sepulchrum.



Ego sum. Bene dictus Dominus



Deus Is raél* quia visitavit, et fecit redem-



ptionem plebis su æ. *Cant: hoc vide pag: 190.*

In fine Requiem etc. et repetitur Antiphona tota Ego sum. Interim, si sepulchrum non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens sequentem orationem.

O r e m u s .

Deus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere dignare, eique angelum tuum sanctum deputa custodem, et quorum quarumque corpora hic sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolvit vinculis delictorum, ut in Te semper cum Sanctis tuis sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Dictâ oratione aquâ benedictâ aspergat deinde incenset corpus defuncti et tumulum

Finitâ Antiphonâ Ego sum, Sacerdos canit sequentia respondente choro.

V. Kyrie eleison,

R. Christe eleison, Kyrie eleison.

Pater noster: reliquum dicitur secreto, interea aspergitur corpus defuncti, deinde.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue Domine animam ejus.

V. Requiescat in pace. R. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad Te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s .

Fac quæsumus Domine, hanc cum servo tuo defuncto misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem: ut sicut hic eum vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Si fuerit foemina, dicatur.

O r e m u s .

Fac quæsumus Domine, hanc cum serva tua defuncta misericordiam ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, quæ tuam in votis tenuit voluntatem: ut sicut hic eam, vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eam tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

V. Requiem æternam dona ei Domine.

R. *Et lux perpetua luceat ei.*

V. Requiescat in pace. R. Amen.

V. Anima ejus, et animæ omnium fi-

delium defunctorum per misericordiam Dei
requiescant in pace. R. Amen.

Denique demissò corpore in tumulum Sacerdos terram inijcit dicens:

De terra formasti me et carne induisti me,
resuscita me in novissimo die Redemptor meus
Domine.

Postremò canitur: *Salve Regina.*

Conductus absente corpore.

Responsorium *Libera me Domine*, et cum versiculis
Oratio *Absolve quaesumus Domine* pag: 127. vel alia
conveniens. Deinde: Requiem æternam dona ei Do-
mine. Requiescat in pace. *Salve Regina.*

Ordo Exequiarum brevior.

*Cum corpus defuncti domò effertur, cantatur Re-
sponsorium Libera me Domine etc. Cum autem ad
Ecclesiam, vel Coemeterium, delatum fuerit, canitur Re-
sponsorium: Qui Lazarum etc. cum suo versu, et Re-
quiem æternam etc.*

*Quò finitò, Sacerdos cum aliis, si commodè pote-
rit, genuflexus, dicit tonò consuetò, lugubri.*

ψ. Kyrie

- ŷ. Kyrie eleison. R. Christe eleison.
 Kyrie eleison. *Pater noster etc.*
 ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.
 R. Sed libera nos a malo.
 ŷ. A porta inferi.
 R. Erue Domine animam ejus.
 ŷ. Requiescat in pace. R. Amen.
 ŷ. Domine exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 ŷ. Dominus vobiscum.
 R. Et cum Spiritu tuo:

Deinde assurgendo proseguitur.

O r e m u s .

Omnipotens sempiterne Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es, dum te jubente, pulvis redit in pulverem: tu imaginem tuam eidem corpori, virtute resurrectionis tuæ reddendam, cum Sanctis, electis tuis, æternis sedibus præcipias sociari. Per Dominum nostrum etc. R. Amen.


Deinde defuncto in tumulum demisso, Sacerdos aspergat illum aqua benedicta, et parum terrae injiciendo, dicat:

De terra formasti me Domine, et carne induisti me: resuscita me in novissimo die, Redemptor meus Domine.

Is ordo adhiberi potest dum Sacerdos invitatur ad corpus sine cantu et solemnitate exequiarum sepeliendum, sive ut vulgò dicitur aspergendum.


Conductus qui Castrum doloris dicitur.

Absolvitur a celebrante Prælato, et quatuor aliis Prælati vel Canonicis, quorum junior sedet in angulo feretri ad pedem dextrum; alius post eum in angulo ad humerum sinistrum; tertius ad pedem sinistrum; quartus dignior, ad humerum dextrum. Prælati celebrans ad caput defuncti vel feretri, ex adverso crucis. Primo incipit celebrans ab oratione *Non intres*: post quam cantatur 1.) Responsorium *Subvenite*, Finitò hoc responsoriò, a Cantoribus intonatur *Kyrie eleison*, et chorus respondet, *Christe eleison, Kyrie eleison*. Sequitur *Pater noster*: aspersio, incensatio, et cum Versiculis oratio, a digniori Prælato, qui ad angulum dextrum capitis sedebat, ex pontificali Romano persolvenda. Cantatur 2.) Responsorium *Qui Lazarum*, et eodem modo cætera complentur, ab alio digniori 3.) Cantatur Resp: *Domine quando veneris* 4.) Cantatur Respons. *Ne recorderis*, et quartus junior prælati iuxta persolvit. His quatuor Prælati vel Canonicis, dum suò officiò funguntur, iidem adsistunt officiales qui erant ad latus Prælati celebrantis. Scilicet *Diaconus, Subdiaconus, Coeremoniarius, Thuriferarius, et Clericus cum aqua lustrali*, circa finem primi responsorii, accedunt ad latus dignioris Prælati, eique assistunt; circa finem secundi responsorii ad alium, et sic consequenter. 5.) Denique cantatur Resp: *Libera me Domine*, post quod præ celebrans exequias complet ut in communi conductu, et sepultura (si sit corpus præsens.)




ORDO SEPELIENDI PARVULOS. Exportatio.

Sacerdos aspergit corpus aquà benedictà, deinde intonat Antiphonam:



*Et statim intonatur Psalmus,
Laudate pueri,
ut sequitur.*

Sit nomen Domini benedictum.



Laudate Pueri Dominum laudate nomen Domini

Sit nomen Domini benedictum,* ex hoc nunc et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum,* laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes Gentes Dominus,* et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,* et humilia respicit in cælo et in terra?


Suscitans a terra inopem:* et de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus,* cum principibus populi sui.


Qui habitare facit sterilem in domo,* matrem filiorum lætantem.

Glor: Pat: etc.

Si tempus superest cani potest Ps. *Beati immaculati*, item *Laudate Dominum de coelis*. Demum in Ecclesia repetitur Antiphona.



Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et




us que in sæculum.

Si statim fieri debeat conductus et sepultura, intonatur Antiphona: *Hic accipiet*, et decantantur reliqua, ut infra ponitur.

Missa in sepultura parvuli.

Sub tempus missae, quae non pro parvulorum suffragio, sed ad intentionem parentum, aut propriam, in colore albo, legitur, canuntur Litaniae Lauretanae.



Kyrie eleison Kyrie eleison Kyrie eleison
Christe audi nos, Xste exaudi nos. Xste exaudi nos.

Pater de Cœlis

Pater de Cælis Deus (*)
 Fili Redemptor Mundi
 Deus.
 Spiritus S. Deus.
 S. Trinitas unus Deus.
 S. Maria, Ora pro nobis.
 S. Dei Genitrix.
 S. Virgô Virginum.
 Mater Christi.
 Mater Divinæ gratiæ.
 Mater Purissima.
 Mater Castissima.
 Mater Inviolata.
 Mater Intemerata.
 Mater Amabilis.
 Mater Admirabilis.
 Mater Creatoris.
 Mater Salvatoris.
 Virgo Prudentissima.
 Virgo Veneranda.
 Virgo Prædicanda.
 Virgo Potens.
 Virgo Clemens.
 Virgo Fidelis.
 Speculum justitiæ.

Miser: nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Sedes sapientiæ.
 Causa nostræ lætitiæ.
 Vas Spirituale.
 Vas honorabile.
 Vas insigne devotionis.
 Rosa Mystica.
 Turris Davidica.
 Turris Eburnea.
 Domus Aurea.
 Fæderis Arca.
 Janua Cæli.
 Stella Matutina.
 Salus Infirmorum.
 Refugium peccatorum.
 Consolatrix afflictorum.
 Auxilium Christianorum.
 Regina Angelorum.
 Regina Patriarcharum.
 Regina Prophetarum.
 Regina Apostolorum.
 Regina Martyrum.
 Regina Confessorum.
 Regina Virginum.
 Regina SS. Omnium.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Agnus Dei qui tollis peccata Mundi,
 Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata Mundi.
 Exaudi nos Domine.


Agnus Dei qui tollis peccata Mundi,
 Miserere nobis.

Kyrie eleison Christe eleison,
 Kyrie eleison.


(*) In longioribus versib. primæ syllabæ canunt, in 1^a ultimæ iuxta reliquas notas.

Hymnus ad Angelos Custodes.


E♭

- 
1. Cu sto des ho mi num psalli mus An ge los,
 2. Nam quod cœrruerit Prodi tor An ge lus,
 3. Huc Custos i gi tur per vi gil ad vo la,
 4. Sanctæ sit Tri a di La us pia ju gi tur,


E♭

- 
1. Na tu ræ fra gi li, quos Pater addidit
 2. Con ces sis me ri tõ pulsus ho no ri bus,
 3. A ver tens Pa tri a de Ti bi cre di ta
 4. Cu jus per pe tu õ Nu mi ne Machi na

E


- 
1. Cæ le stis co mi tes in si di an ti bus,
 2. Ar dens in vi di a pel le re ni ti tur,
 3. Tam morbos a ni mi quam requi e sce re,
 4. Tri plex hæc regitur cu jus in o mni a,

E♭


- 
1. Ne suc cum be rent ho sti bus.
 2. Quos cæ lo De us ad vo cat.
 3. Quid quid non si nit in co las.
 4. Re gnat glo ri a Sæ cu la.

Conductus et Sepultura.

Intonatur a sacerdote sequens antiphona, et cantores mox incipiunt Psalmum: Domini est terra.



Hic accipiet. Domini est terra et pleni-



tudo ejus, orbis terrarum et universi qui habitant in eo

Quia ipse super maria fundavit eum,* et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini?* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, et mundò corde,* qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo:

Hic accipiet benedictionem a Domino,* et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum,* quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras: et elevamini portæ æternales:* et introibit Rex gloriæ.


Quis est iste Rex gloriæ?* Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, et eleva-
mini portæ æternales:* et introibit Rex glo-
riæ.

Quis est iste Rex gloriæ?* Dominus virtutum
ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri etc.

Deinde repetitur Antiphona.



Hic ac cipiet benedictionem a Domino et



misericordiam a Deo salutari suo, quia



hæc est generatio quærentium Dominum.

Finitâ antiphonâ canuntur sequentia.

ψ. Kyrie eleison. R. Christe eleison. Kyrie
eleison.

Pater noster: *reliqua secreto, et interea corpus a-*
spergitur.

ψ: Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

ψ. Me

- Ÿ. Me autem propter innocentiam suscepisti.
 R. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.
 Ÿ. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.


Oremus.

Omnipotens et mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte baptismatis, dum migrant a sæculo, sine ullis eorum meritis vitam illico largiris æternam, sicut hodie animæ hujus parvuli credimus Te fecisse: fac nos quæsumus Domine per intercessionem Beatæ Mariæ semper Virginis, et omnium Sanctorum tuorum, hic purificatis Tibi mentibus famulari, et in paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Finitâ oratione Sacerdos incipit antiphonam, et cantores mox incipiunt Ps. Laudate Dominum de cælis et corpus portatur ad tumulum, et etiamsi tunc non portetur idem canitur.



Ju venes et virgines, Laudate Dominum de cælis




laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli Ejus:* laudate
 Eum omnes Virtutes Ejus.
 Laudate eum sol et luna:* laudate eum omnes
 stellæ et lumen:
 Laudate eum Cœli Cœlorum:* et aquæ omnes
 quæ super cœlos sunt laudent nomen Do-
 mini.
 Quia ipse dixit et facta sunt:* ipse mandavit
 et creata sunt.
 Statuit ea in æternum: et in sæculum sæcu-
 li:* præceptum posuit et non præteribit.
 Laudate Dominum de terra:* dracones et o-
 mnes abyssi.
 Ignis grando, nix glacies, spiritus procellarum:*
 quæ faciunt verbum ejus.
 Montes et omnes colles:* ligna fructifera et o-
 mnes cedri.
 Bestiæ et universa pecora:* serpentes et volu-
 cres pennatæ.
 Reges terræ et omnes populi:* Principes et o-
 mnes judices terræ.
 Juvenes et virgines senes cum junioribus lau-
 dent Nomen Domini:* quia exaltatum est
 Nomen ejus solius.
 Confessio ejus super Cœlum et terram:* et
 exaltavit cornu populi sui.
 Hymnus omnibus Sanctis ejus:* filiis Israël
 populo appropinquanti sibi. Gloria Patri etc.
 Sicut erat etc.



Juvenes et Virgines, senes cum junioribus,



laudent nomen Domini.

Deinde decantantur sequentia.

ψ. Kyrie eleison. R. Christe eleison Kyrie
eleison.

Pater noster etc.

ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

ψ. Sinite parvulos venire ad me.

R. Talium est enim regnum cœlorum.

ψ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s .

Omnipotens sempiternæ Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cœlorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es, digneris etiam Domine ita nobiscum misericorditer agere; ut meritis tuæ sanctissimæ passionis, et intercessione Beatæ Mariæ semper Virginis, et omnium Sanctorum tuo-


rum, in eodem regno nos cum omnibus Sanctis, et electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R̄. Amen.

Deinde Sacerdos corpus aspergat, et thurificet, similiter et sepulchrum.

Denique canitur hymnus, stando.



A ve maris stella, De i mater al ma,
 Sumens illud A ve Ga bri e lis o re
 Sol ve vincla re is Profer lumen cœcis.
 Monstra Te esse matrem Sumat per Te preces
 Vir go sin gu laris In ter omnes mi tis.
 Vi tam præsta puram I ter pa ra tu tum.
 Sit la us Deo Pa tri Summo Christo Decus.




Atque semper virgo, Felix cœli felix cœli porta
 Funda nos in pa ce mutans Evæ mutans Evæ nomen
 Mala nostra pel le, ho na cuncta bona cuncta posce
 Qui pro nobis natus tu lit esse tu lit esse tuus.
 Nos culpis so lutos, mites fac et mites ac et castos
 Ut vi dentes JESUM semper colle semper colletemur
 Spi ri tui san cto, tribus honor tribus honor unus.


PROCESSION

Pro Fidelibus defunctis


Absolvitur in commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, pridie statim post vespervas defunctorum, et ipsâ die finitâ Missâ. Fit cum aspersione, et thurificatione sepulchrorum seu coemeterij, et campanarum pulsu, ad stationes interrupto. In primo progressu cantatur sequens Antiphona.



Ab sol ve Do mine a nimas




eo rum ab omni vin culo




de li cto rum, non eas




tor mentum mor tis at tingat.




* Non reorum ca te na constringat,




sed mi seratio tua in pacis




eas ac lucis regio ne con sti tuat.



ŷ. Si quæ illis sint Domine dignæ crucia-



tibus culpæ tu eis gra tiam



le ni ta tis in dulce. Non reorum.*

Ad primam Stationem.

- †. Kyrie eleison: R. Christe eleison. Kyrie eleison.
 Pater noster.
 †. Et ne nos inducas in tentationem.
 R. Sed libera nos a malo.
 †. A porta inferi.
 R. Erue Domine animas eorum.
 †. Requiescant in pace. R. Amen.
 †. Domine exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 †. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s .

Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos pontificali, seu Sacerdotali, et Clericali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Ad secundam stationem. R. Credo quod Redem: pag: 144.

O r e m u s .

Deus, qui nos patrem et matrem honorare præcepisti, miserere clementer animabus patris ac matris meæ, eorumque peccata dimitte, meque eos in æterna claritate fac videre: Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Ad tertiam stationem R. Qui Lazar: etc. pag 146.

O r e m u s .

Deus veniæ largitor, et humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt; Beati Mariâ semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum, R̄. Amen.

Ad quart: station: Peccantem me quotidie, p. 170.

O r e m u s .

Deus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt; famulis et famulabus tuis omnibus hic et ubique in Christo quiescentibus: da propitius suorum veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. R̄. Amen.

Ad quint: stat: R̄. Libera me pag. 177. vel 208.

O r e m u s .

Fidelium Deus omnium conditor et redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. R̄. Amen.

ψ. Requiem æternam dona eis Domine,

R̄. Et lux perpetua luceat eis.

ψ. Requiescant in pace. R̄. Amen. *Salve Regina.*

PROCESSYA

Na dzień Zaduszny po Polsku śpiewana.

Hymn: Dzień on śpiewa się iak Dies irae; Dobry Jezu, iak Pie Jesu. zobacz na karcie 197. i 199.

HYMN.

Dzień on dzień sądu Pańskiego.
 Świat wprzód zetrze, świadkiem tego,
 Dawid z Sybillą wszystkiego.
 Jako wielki tam strach będzie,
 Gdy sam Bóg na sąd zasiędzie,
 J roztrząsać wszystko będzie.
 Trąba dziwny głos puszczaiąc,
 Groby ziemskie przenikaąc,
 Wszystkich wzbudzi pozywając.
Dobry Jezu! a nasz Panie,
Day im wieczne spoczywanie.

STACYA 1.

Kiry eleyson. R. Chryste eleyson. Kirye eleyson. Oycze nasz etc.
 Ÿ. I nie wodź nas na pokuszenie,
 R. *Ale nas zbaw odezłego,*
 Ÿ. Od wrót piekielnych,
 R. *Wybaw Panie dusze ich.*
 Ÿ. Odpoczynek wieczny racz im dać Panie.
 R. *A światłość wiekuista niechay im świeci.*
 Ÿ. Panie wysłuchay modlitwy nasze.
 R. *A wołanie nasze niech do Ciebie przyidzie.*

Módlmy się.

Boże, któryś między Apostoły i Kapłany sług twoich na godność stanu Kapłańskiego i Biskupiego powołać raczył, day im prosimy Cię, aby co prędzéy w chwale Niebieskiej wspólnie z Apostołami twemi cieszyć się i chwalić Cię mogli. Przez Jezusa Chrystusa Pana naszego. R. Amen.

H Y M N

Zdumieie się przyrodzenie,
I śmierć gdy wstanie stworzenie,
Na ostatnie rozsądzenie.
Księgi spisane wystawia,
Które każdą rzecz wyjawia,
Z czego na świat dekret sprawia.
Gdy tedy sędzia zasiędzie,
Wszelka skrytość iawna będzie,
Kary żaden grzech niezbędzie.
Cóż tam pocznę człek mizerny,
Kto mi Patron będzie wierny,
Gdzie i Świętych strach niezmierny.
Dobry Jezu etc.

S T A C Y A 2.

Kirye eleyson. R. Chryste eleyson. Kirye eleyson, Oycze nasz etc. iak wyżej.

Módlmy się.

Boże, któryś nam Oycę i Matkę czcić rozkazał, prosimy Cię serdecznie, zmiłuy się łaska-

wie nad Duszami Rodziców naszych, racz im grzechy odpuścić, a nam day ich w światłości oglądać. Przez Jezusa Chrystusa Pana naszego. R. Amen.

H Y M N

Królu Tronu strasznego,
 Który zbawić chcesz każdego,
 Zbaw z łaski i mnie grzesznego.
 Wspomnij JEZU Panie drogi,
 Żem przyczyną Twojej drogi,
 Nie zgubże mnie w on dzień srogi.
 Szukałeś mnie spracowany,
 Odkupiłeś ukrzyżowany,
 Niech nie giną Twoje Rany.
 Sędzio Boże sprawiedliwy,
 Nim przydzie twój sąd strasliwy,
 Bądź mi teraz miłościwy.
Dobry Jezu etc.

S T A C Y A 3.

Kirye eleyson. R. Chryste eleyson. Kirye eleyson. Oycze nasz etc. iak wyżej.

Módlmy się.

Boże odpuszczenia dawco i ludzkiego zbawienia miłośniku, prosimy miłosierdzia twoego, abyś braci sąsiedztwa naszego, krewnych, powinowatych i dobrodziejów naszych, a osobliwie miéysca tego, którzy już z tego świa-

ta zesłał, za przyczyną Panny Maryi i wszystkich Świętych, do wiecznego błogostawieństwa doprowadzić raczył. Przez JEZUSA Chrystusa Pana naszego. *R. Amen.*

H Y M N

Wzdycham iako obwiniony,
 Wstyd mnie za grzech popełniony,
 Bądź mi Boże przeproszony.
 Tyś Magdalenie odpuścił,
 Łotraś do łaski przypuścił,
 Mnieś nadzieję z nieba spuścił.
 Proźba ma niegodna tego,
 Lecz sam z miłosierdzia swego,
 Zbaw mnie od ognia wiecznego.
Dobry Jezu etc.

S T A C Y A 4.

Kiry eleyson. R. Chryste eleyson. Kirye eleyson. Oycze nasz. etc. iak wyżéy.

Módlmy się.

Boże, którego własność jest litować się zawsze i odpuszczać grzechy, prosimy Cię pokornie za Duszami których tu ciała przy tym kościele spoczywają, żebyś ich nieopuszczał, ale co prężyć do wieczney Oyczyzny przyiąć raczył, a co przez ułomność ciała żyjąc tu

zgrzeszyli, to dobroć twoją nieskończona niechay to zastąpi, aby, ponieważ w tobie nadzieję mieli i wiarę, téy wiary i nadziei swéy skutek w zbawieniu swém odebrali. Przez Jezusa Chrystusa Pana naszego. R. Amen.

H Y M N.

Day mi miéysce z owieczkami,
 Nie odłączay mnie z kozłami,
 Na prawicy staw z sługami.
 Pohańbiwszy potępionych,
 W ogień wieczny osądzonych.
 Wzów mnie do błogosławionych.
 Proszę duchem uniżonym,
 Sercem iak popiół skruszonym,
 Bądź mi do końca Patronem.
 Oplakanyż ten dzień będzie,
 Kiedy się z prochu dobędzie,
 Na sąd straszny człek mizerny,
 Bądź mu Boże miłosierny,
 Jezu Panie Łaskawy,
 Day zmarłym pokóy prawy.

S T A C Y A 5.

Stacya ta, odprawia się w Kościele około katafalku, z pokropieniem onego i incensacyą.

Kiry eleyson. R. Chryste eleyson. Kirye elcyson. Oycze nasz etc. iak wyżéy.

Módlmy się.

Wiernych Boże wszystkich Stworzycielu i Odkupicielu Chryste JEZU, sług i służebnic Twoich duszom racz dać odpuszczenie grzechów aby zbawienia, którego sobie życzyli, za niegodnymi modlitwami naszemi dosięgnąć co prędzej mogli, który żyjesz i królujesz na wieki wieków. *R.* Amen.



I N S T R U C T I O

Ad Cantum Choralem.

Cantus, quò Ecclesia ob ejus gravitatem et majestatem in Officio Divino utitur, tum *choralis* a choro, tum *gregorianus*, a S. Gregorio M. ejus olim reformatore dicitur. Differt a *musicali* et *figurali* cantu, qui multisonus est, et ad mensuram compositus, cum ille sit unisonus, et sine mensura. Utriusque principia eadem ferme sunt, hic tamen sermo erit de cantu choralis tantum, magnopere Clericis necessario.

De Tonis generatim, notis, scala, clavibus.

Cantus nihil aliud est, quam quædam modulatio vocis humanæ, cum flexione sursum vel deorsum, gradatim vel per saltum. Toni quibus hæc modulatio efficitur numerantur septem. Toni signantur figuris, quæ *notæ* appellantur. In cantu choralis toni ac notæ, iisdem appellantur syllabis, nempe istis: *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, Si*. In cantu Musicali C. D. E. F. G. A. H. vel C. D. E. F. G. A. B.— Diversitas et ordo tonorum, optime exprimitur in *Scala* ad hoc excogitata, quæ ex quatuor lineis horizontalibus et parallelis componitur; sic enim cuilibet tono propria assignatur sedes. Cum verò toni ac notæ, fixum locum in scala non habeant, ut tonorum diversitas et ordo certo semper cognosci queant, ponuntur in *Scala* duo signa, quæ vocantur *claves regulantes*. Primus clavis *Fa* seu *F*. vocatur cujus signum est ♯ vel ♮ Hæc clavis

ad regulandos tonos inferiores, quæ *Bassuales* in cantu figurati dicuntur, inservit. Secunda Clavis *C.* sive *Ut* dicitur, et regulandis tonis superioribus inservit: ejus signum *C.* vel *F*. Quandoque nonnisi una ex his clavibus ponitur, et sufficienter ordinem tonorum indicat; quod tunc præcipue fit, cum vel solæ notæ inferiores, vel solæ superiores in cantu ponuntur.

In Cantu choralis post septem tonos, iidem iterum reassumuntur, seu post *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, Si*, sequitur *Ut* (Octava) *re, mi, fa, sol*, etc. Eo in casu, dum scilicet cantus supra octavam ascendit, Claves in lineis inferioribus collocantur; vel additur quinta lineola, ut in nostro Cantionali sæpius factum videri potest. Hoc commodius videbatur, ne mutatio clavium, in una eademque cantilena, in errorem induceret.

Scala.


1 2 3 4 5 6 7 8

Ut Re Mi Fa Sol, La Si Ut.

Ascensus supra octavam.

Fa Sol La Si ut re mi fa sol.

Cum tōni infra *Ut* bassualē descendunt, clavis *Fa* in tertia collocatur linea, vel inferius lineola adscribitur, et tonorum ordo in isto descensu est retrogradus, ut in sequenti scala ostenditur.



Scalam debemus *Gvidoni Aretino* S. Benēdicti monacho, qui annō 1022. eam excogitavit, ex lineis et notis a se compositam, et notas signavit syllabis istis: *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La*, totidem tonos exprimentibus, quas ille ex initio Hymni de S. Joanne Baptista accepit, primas versiculorum syllabas decerpēdo. En hymni hujus initium:

Ut queant laxis,

Resonare fibris,

Mira gestorum,

Famuli tuorum,

Solve polluti,

Labij reatum, Sancte Joannes.

Septimum tonum ac notam adjecerunt deinceps Glli, quam appellerunt *Si* et in cantu molli *Za*. Scalæ hujusmodi inventio maximam attulit cantui facilitatem, ita ut paucis mensibus puer etiam rudis addiscere possit, quod homo grandævus, magnōque pollens ingenio, vix pluribus annis addiscere potuisset. Antiquior enim musica, pro notis literas tan-

tum græcas vel latinas habuit, nunc rectas nunc inversas, nunc alio situ super verba canenda, sine scala, uno tractu collocatas. Moderni in Italia musici, in locum syllabæ *Ut* malunt syllabam *Do* substituere, quæ scilicet integrum et initialem istum sonum exprimit perfectissimè.

De Tonis et Semitonis.

Quamvis septem has voces *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, Si*, initiò tonos simpliciter appellavimus: sciendum tamen est, non omnes eundem sonum in cantu habere. Ab eo, qui scalam probè intonaverit, aut ab instrumento pulsato, cognosci potest facile, aliam esse distantiam Soni inter *Mi, Fa*, quam inter *Ut, Re, Re Mi*: aliam similiter inter *Si Ut* (Oct:) quam inter *Fa Sol, Sol La, La Si*. Nimirum *Mi* propius accedit ad *Fa*, quam *Ut* ad *Re, Re* ad *Mi*. item propius *Si* ad *Ut*, quam *Fa* ad *Sol, Sol* ad *La, La* ad *Si*. Adeoque.

Mi et Si semitonice canuntur.

id est, ad paulo altiorem seu acriorem sonum attolluntur; contra verò, *Ut, Re, Fa, Sol, La*, justum sive plenum sonum retinent. Hoc tamen *observa*, ex tonis posse fieri semitonos, id est ad paulo altiorem sonum posse tonos attolli, quod etiam in Cantu Choralis, rarò licet, accidit.— Item *observa*, quod *La* mixti sit toni; id est, ante *Si* est tonus: ante *Za* est semitonus.— Semitoni quæque ad tonum reduci possunt, quod tamen in cantu choralis usus non fert, nisi in cantu bemollari, de quo statim dicam.

De Cantu durali.

Jam dictum est supra, *Si* semitonice, adeoque acrius duriusque cani, unde cantus in quo *Si* occurrit, *durus*, item *duralis* dicitur. Hujus signum \sharp vel \square quod *B. quadratum*, item *diæsis* appellatur.— Signum hoc ab initio Scalæ positum, denotat in tota cantilena, *Si* canendum: pariter cum nullum sit appositum. Fit verò, ut ab initio sit signum cantus bemollaris, ad quandam tamen notam sit diæsis apposita: tunc ea tantum nota semitonice canitur.— Supra dictum est, ex tonis posse fieri semitonos: hæc mutatio etiam *B. quadratò* sive diæsi notatur. Sic in initio intonationis Psalmorum toni quarti, dum canitur *La Sol La*, diæsi *Sol* notari debet.


De Cantu bemollari.

Za mollius sonat quam *Si* (de sono non de syllaba intelligo) quare cantus in quo pro *Si* canitur *Za*, *mollis* dicitur, item *bemollaris*, cujus signum est \flat et *B. molle* appellatur. Ab initio scalæ positum, totam cantilenam molliter, id est per *Za*, canendam indicat. Interijcitur quandoque in cantu durali, et tunc eæ tantum notæ per *Za* canendæ, quibus hoc signum præfixum est— Simul observa quod *B. molle Si* mutans in *Za*, semitonum ad tonum reducit. Quare si aliud semitonum e. gr. *Mi* ad tonum reducendum esset, eodem signo utendum foret. Mutationes in medio cantilenarum inductæ sunt, ad evitandam nimis rudem concordiam, et conservandam harmoniam cantus amœniorem.


Regulæ pro B. molli.

Quandoque in cantilena durali, signum B. molle ubi opportunum esset, prætermissum est; ut itaque scias ubi loco Si, est Za accipiendum, sequentes regulas accipe. Primo plerumque canendam inter duo La. Dixi plerumque, nam regula ista non est strictè generalis, et ut hic simul præmonerem, locum non habet, in Responsorio pro Defunctis, *Credo quod Redemptor*, item in Resp: Domine quando in Respons: Domine secundum actum. Generatim regula illa fallit, in tono tertio, septimo, octavo — Secundo canendum Za loco Si, quando ex Fa fit immediate ascensus in Si, sive gradatim sive per saltum: modo tamen hic ascensus in eodem tono terminetur, sive ad consistendum ibidem, sive ad delabendum. — Tertio canendum Za cum post La aut post Sol, ex tono Si esset descensus in Fa, sive per saltum sive gradatim. — Quarto canendum Za, cum post Si sequeretur Sol, deinde La, ex quo delabendum esset in Fa. — Quinto denique auris bona, judicabit de cæteris casibus.


Scala pro cantu durali.



Scala pro cantu hemollari.



Scala supra et infra Octavam.



De intonatione Scalæ.

Intonatio Scalæ quam Solmizationem appellant, primum est cantus Fundamentum, a quo proinde Tyroni incipiendum est, et eo usque sese exercendum, donec probè eam didicerit; neque enim sine solmizatione rite percepta, et memoriæ impressa, ulterius progredi licet, absque irreparabili damno. Solmizatio discenda est præeunte idoneo magistrò, aut saltem musicò instrumentò. Consultum est, ut Tyro imprimis in Scala durali exerceatur, et deinde in bemollari, sic enim utriusque discrimen facilius cognoscet, et utrique assuescet. Deinde exerceatur in Scala supra et infra Octavam.


Modus Canendi Scalam per transmutationem

Scala septem retinens syllabas *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, Si vel Za*, qualem hucusque consideravimus, simplicior est, et cantui choralis magis accommodata aliis omnibus, ut vel ipso intuitu patet, quodque jam olim viri periti demonstraverunt; itaque hanc esse in exercitio et usu adhibendam, nemo contradicet. Tamen juvabit forsitan, hanc nostram Scalam ita simplicem, cum alia, quæ præsertim Itali

utuntur, comparare; ex hac enim comparatione spero a Tyrone magis cognitam et penetratam fore naturam Scale nostræ, quod in cantu sese exercitanti multum proderit.

Scala pro can: bemol.

Pro cantu dur:



Vt Re Mi Fa ut re mi fa sol. Vt Re Mi Fa Sol, ut re mi fa

Vides scalas istas, ex repetitione eorundem initium tonorum formatas. Scilicet scalam duralem loco Sol, La, Si, Ut, habere Ut, Re, Mi, Fa, et scalam bemollarem loco Fa, Sol, La, Za, Ut, habere Ut, Re, Mi, Fa, Sol, adeoque

In Cantu durali

Sol valet Ut
La — Re
Si — Mi (*semit:*)
Ut — Fa, et vicis:

In Cantu Bemollari

Fa valet Ut
Sol — Re
La — Mi (*semit:*)
Za — Fa
Ut — Sol, et vicis:





Ascensus super Octavam idem est, ut in scala nostra scilicet Ut (Octava) deinde re, mi, fa, sol.

De Cadentiis notarum.




Cadentiae sive saltus notarum sunt septem. *Cadentia secunda* ubi una nota aliam immediate sequi-

tur, sive per ascensum sive per descensum e. gr. *Ut Re, Re Ut*. Cadentia *tertia* ubi una nota mediat e. gr. *Ut Mi*. Cadentia *quarta* ubi duæ mediant ex. gr. *Ut Fa*. Cadentia *quinta* ubi tres mediant ex. gr. *Ut Sol*. Cadentia *sexta* ubi mediant quatuor e. gr. *Ut La*. Cadentia *septima* ubi mediant quinque e. gr. *Ut, Si*. Cadentia *octava* ubi inter duas extremas mediant notæ sex e. gr. *Ut, Ut*. Simpliciter appellantur: *secunda, tertia, quarta* etc.



Tertiæ.



Quartae.




Quintae.



Sex.


Sextae. Ascensus per quartas et tertias.




Septimae.

Rarò vel nunquam per saltum ponuntur, sed ascensus fieri potest per quartas vg. *Ut, Fa, Za.*

Octavae Ascensus per tertias et quartas.



Exercitatio supra et infra Octavam.



De textu canendo, voce eiusque virtutibus et vitijs, respirijs, gustu, et vocis moderatione.

Tyrones dum jam scalam et cadentias ritè canunt, in canendo textu exercitandi sunt. Textus canitur, syllabas notis subjectas, in tono earundem notarum exprimendo. In cantu choralī, notæ caudatæ non habent syllabas suas, sed ad syllabas præcedentes pertinent. Textus incipientibus difficilior, in quo syllabæ per plures continuandæ seu volvendæ sunt notæ; consultius proinde est, ut in textu simplici, in quo totidem notæ ac syllabæ occurrunt, primum exerceantur. Non desunt in nostro cantionali exempla talia, præcipuè in hymnis. Inter prima quoque cantus exercitia, intonatio Psalmorum, per octo singulos tonos, ponenda est.

Vox in cantu choralī ita moderanda est, ut sonum efficiat justum ac naturalem. Vox rudior conatu, ad justum et meliorem sonum reducenda est. Vox ut justa efferatur, juvat non nihil gutturis et oris compositio, id est: caput aliquantulum erectum, guttur haud compressum, os non nimium diductum et apertum (ex quo cantus non clamor prodiret) pro necessitate plus minus comprimendum, aperiendumve; halitus pulmonum non violentus, sed neque nimium debilis, aut effæminatus.— Cantus item ne sit nimium altus, neque nimium demissus, sed

mediocris, magis lentus, quam acceleratus; in majoribus solemnitatibus ad majorem majestatem exprimendam, nonnihil productior, cum in psalmis, tum in aliis cantilenis; in officio verò feriali, item in officio defunctorum, paulò rotundior et demissior.

Vitia in choralis Cântu evitanda, hæc sunt præcipua. *Primo*, vox affectata, effæminata, violenta, clamosa, stridula, cum alijs vocibus dissona. *Secundo*, quædam aspiratio, addita singulis notis, ijs præcipuè quæ sunt in nexu e. gr. *ha, ha, ha, he, he, he*, *Tertio*, cujusvis notæ spiritû interrupto expressio veluti *a. a. a.* Cantus itaque prosequendus est, ut ab una nota ad aliam, sit facilis quantum fieri potest transitus, ejusdem spiritûs protensione, eousque donec respirandum sit. Vox dissona, non emendata, ad chorum inepta. Qui tamen ea præditi sunt, non animum abijciant, sed conatu eam in ordinem redigant; et si id planè impossibile sit, tamen in cantu sese exercere debent, ob cantilenas addiscendas, quæ ab uno canuntur, quales sunt: epistola, evangelium etc. quæ etiam dissona voce, non ingrâtè canuntur; enimverò, id tantum dissonæ voci vitium est, cum alijs non convenire, et tunc molestam esse, solam verò aliquando etiam amænam.

Respiria sine quibus cantus longius protendi nequit, sunt majora et minora. *Majora* in mediatione Psalmorum; in cantilenæ partibus, in quas divisa est; in Periodis. *Minora* in commatibus, aliisque incisis, tum etiam in verbis singularibus majori

circuitu notarum signatis, aliquando etiam in syllabis longius productis.

Non inutiliter fortasse addam de gustu canendi, qui nihil aliud est quam affectuum animi justa expressio, verum sacrorum verborum characterem exhibens. Hoc ut fiat, cantor his verbis quæ canit, sit intimè affectus, quatenus eorundem sensum (*pietatis vel doloris, etc.*) in audientibus excitare possit; non enim canendi scopus est ipse cantus, seu ipsamet modulatio vocis, sed sensus verborum Sacrorum expressio vividior, ex qua fideles ad devotionem, aliosque pios animi affectus excitarentur.— Isthæc porro animi sensa, non gestu corporis, neque oculorum aut capitis motu, exprimuntur; quamquam enim id musicis et cantoribus profanis usitatum sit, a psalmodia tamen divina, quæ cum omni modestia persolvenda est, longè abesse debet. Ut itaque Psaltes Ecclesiasticus, sacros animi affectus in cantu prodatur, per varias et consonas vocum inflexiones et intensiones id efficere debet, id est: quasdam dulciori seu molliori, quasdam fortiori et duriori sono, quasdam promptius, alias tardius notas percurrendo, idque semper ad characterem, et sensum verborum sese conformando; neque tamen quidquam hacce in re affectatum esse debet. Quod speciatim intensionem et diminutionem vocis attinet: initio vox sit debilior, deinde insensibiliter augeatur, usque ad naturalem ejus virtutem; tum sensim sensimque imminuatur, usque in debiliorem et amænnum sonum

recidat, scilicet adinstar soni campanæ, aut chordæ instrumenti musici. Hoc modo vox sonora et melodica efficitur; peritò tamen opus est magistrò, qui tyronibus exemplò præeat, usumque vocis determinet, ne a naturali discedat, et ne in affectatam degeneret. Quandonam autem magis intendenda vel minuenda sit vox, de hoc firma regula haberi nequit, sed partim ex significato verborum; partim ex cantilenæ melodiâ coniiciendum est. Hoc unum moneri potest: semitonia dulciori sonò efferenda, cum naturâ suâ paulò rudiora sint.

De Intonatione Psalmorum.

Tonos supra appellavimus septem illos initiales sonos, ex quibus scala componitur. Alia præterea huic nomini *tonus*, significatio inest. Denotatur diversorum tonorum nomine, diversa natura cantilenarum, atque aliae dicuntur *ex primo tono*, aliae *ex secundo*, et ita deinceps, usque ad Octavum. Tyronibus hoc imprimis curandum, ut juxta hos singulos tonos Psalmos decantare, et eos conformiter cum antiphonis intonare sciant.

Unde verò cognoscendum sit, de quonam tono fuerit Antiphona? Id in cantu exercitati, ex ejusdem modulatione facile advertunt; sed præterea antiphonis apponuntur signa, tonos antiphonarum et simul psalmorum indicantia, scilicet *observanda est ultima antiphonæ nota, quæ vocatur nſialis*: deinde

subsequens post lineolam transversam, quæ vocatur dominans: atque ex his duabus, quinam sit tonus cognoscitur; scilicet

Primus ex finali	<i>Re</i>	et dominante	<i>La.</i>
Secundus	—	<i>Re</i>	— <i>Fa.</i>
Tertius	—	<i>Mi</i>	— <i>Ut.</i>
Quartus	—	<i>Mi</i>	— <i>La.</i>
Quintus	—	<i>Fa</i>	— <i>Ut.</i>
Sextus	—	<i>Fa</i>	— <i>La.</i>
Septimus	—	<i>Sol</i>	— <i>Re. (sup. Oct.)</i>
Octavus	—	<i>Sol</i>	— <i>Ut.</i>

Idem hi versiculi designant: Prim: *Re La* Sec: *Re Fa.*
Ter: *Mi Ut.* Quart: quoque *Mi La.* Quint: *Fa Ut* Sext:
Fa La, Sept: *Sol Re.* Oct: tenet *Sol Ut*


Dominantes notæ vocantur, quod in illis Psalmus plerumque volvatur.

Sciendum præterea quomodo Psalmi juxta singulos tonos incipiuntur et terminantur. Itaque primus et sextus incipit ab his notis: *Fa Sol La.* Secundus *Ut Re Fa.* Tertius et octavus *Sol La Ut.* Quartus *La Sol La.* Quintus *Fa La Ut.* Septimus *Ut Si Ut Re* Ejusmodi intonatio Solemnis appellatur, et in usu est, dum antiphonæ præviæ, integræ decantantur, etiamsi id fiat in officio defunctorum; nam in semiduplicibus et feriis, ubi antiphonæ tantum incipiuntur, Psalmi incipiendi sunt ex suis dominantibus, exceptò canticò *Magnificat et Benedictus*, qui semper solemniter incipiuntur. Postquam cantores Psalmum solemniter intonaverint, chorus

sequentem stropham ex dominante jam prosequitur, excepto iterum Canticò *Magnificat et Benedictus*, quorum singulæ strophæ solemniter incipiuntur.

Terminatur intonatio Psalmorum, juxta notas fini antiphonæ adjectas, ac lineola separatas. Singulis his notis, ultimæ in strophæ syllabæ substituendæ sunt. Communiter sub his notis subscribuntur vocales *Euouæ*, quod denotat has voces *saculorum Amen*. Quandoque initium Psalmi subscribitur, ut Cantores illico advertant, qui nam Psalmus sit canendus, et ita terminandus. In cantu Psalmorum in mediatione, monosyllabæ eg. *me, te, tu, fac, da nos, etc.* item nomina propria indeclinabilia, vg. *Israël*, etc. unâ notâ supra dominantem attolluntur.

Tonus primus.




Dixit Dominus Domino meo^o sede a dextris meis.



a dextris meis


dextris meis. Magnificat
Benedictus etc.

In semiduplicibus




anima mea Dominum Dixit Dominus Domino meo

Tonus secundus.




Dixit Dominus Domino meo* sede a dextris meis.




Bene dictus Dominus Deus Israel quia etc
Magni ficat* anima etc

In Semiduplicibus.




Dixit Dominus Dno meo* etc.

Tonus tertius.



Dixit Dominus Domino meo* sede a dextris meis
Magni ficat* anima mea Dominum
Bene dictus etc.

In Semidupl:




dextris meis dex: meis.

Dixit Dominus etc.


Tonus

Tonus quartus.




Dixit Dominus Domino meo* sede a dextris meis
Magni ficat* ani ma mea Dnum
Bene dictus etc.

In semidupl:




Dixit Dominus Domino meo.

Tonus quintus.



Dixit Dominus Domino meo* sede a dextris meis

In Semid:




Magni ficat etc. Dixit Dominus Domino meo etc.
Benedictus etc.

Tonus sextus.




Dixit Dominus Domino meo* sede a dextris meis.
Magnificat*
Benedictus etc. *In semid: ut 1. tono.*


Tonus septimus.



Di xit Dominus Do mino meo sede




a dextris meis. dextris meis dextris meis.




Ma gnificat: anima etc. *vel* Magnificat Dixit Dnus
Benedictus etc.

Tonus octavus.




Dixit Dominus Domino meo. sede a dextris meis.



Magni ficat. Bene dictus. Dixit Dominus etc.

Tonus peregrinus:
habet finalem Sol, dominantem La,



In exitu Israël de Ægypto. domus Jacob de




populo barbaro.

Versus post Hymnum ita cant:




Amavit eum Dominus et ornavit eum.


Versus post Antiphonas.




Justus ut palma flore bit.




Domine la bi a mea a pe ri es.




Deus in ad ju to ri um meum in ten de




Pater noster: Et nenos inducas in tenta tionem




Exaudi Domine Jesu Christe preces servorum



tu o rum, et miserere nobis, qui cum Patre et




Spiritu sancto vivis et regnas in sæcula sæculo-




rum.


A men.



Jube Domine benedicere.




Benedictio ne perpetua, benedicat nos Pater




aeter nus.


Lectionis in matutino tonus solemnis.




De actibus Apostolorum. Dura cervice et in-




circumcisis cordibus et auribus vos semper Spi-

*comma**punctum.*


ritui sancto re si stitis sicut patres vestri ita et vos

*interrogatio.*


Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri?




Et occiderunt eos qui prænuntiabant de adventu

*duo puncta.*

ju sti, cujus vos nunc proditores et homicidæ fuistis:



qui accepistis legem in dispositione angelorum



et non custodistis. Tu autem Dne miserere nobis.

Lectionis in Matutino tonus ferialis.

comma.



Durâ cervice et incircumcisis cordibus et au ribus,




vos semper Spiritui sancto re si stitis, sicut pa-




tres vestri, ita et vos. Quem prophetarum non sunt

interrogatio.




persecuti patres vestri? Et occiderunt eos




qui prænuntiabant de adventu ju sti, cu jus

duo puncta.



vos proditores et homicidæ fuistis: qui accepistis




legem in dispositione angelorum, et non custo-




di stis. Tu au tem. etc.


Capitulum.



Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de




ec cle si a (et ita deinceps) apposuit ut apprehen-




deret et Pe trum. Dominus vo bi scum. O re mus.
Ora.


Orationis tonus solemnis.




De us, qui nobis sub Sacramento mi ra bi li,




pas si o nis tuæ memoriam reliquisti: tri-




bue quæsumus, ita nos corporis et sanguinis tui



sacra Mysteria venerari: ut redemptionis tuæ




fructum in nobis jugi ter sentia mus. Qui vi-



vis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus


duo puncta.



Sancti Deus, per omnia sæcula sæculo rum.

Orationis tonus ordinarius

comma.




Fac nos quæsumus Domine divinitatis tuæ sempi-


duo puncta.




ternâ fruitione repleri: quam pretiosi cor-




poris et sanguinis tui temporalis perceptio

punctum.

præ si gu rat. Qui vi vis et regnas cum Deo




Pa tre in uni tate Spiritûs sancti Deus per o-




mni a sæcula sæ cu lo rum.


Tonus Lectionis.




Lectio e pi stolæ beati Pauli Apo stoli ad




Corinthios *vel* ad Corinthios. Lectio libri




Sa pi en ti æ. Beatus vir qui inventus est sine

duo puncta vel media nota.


macula: et qui post aurum non abiit nec speravit

punctum.


in pecunia et thæsuris, quis est hic, et lauda-

interrogatio.


bimus e um? fecit enim mirabi lia in vi ta sua.

Finis.

. . . i de o stabilita sunt bona illius in Do mino,


finis.

Et eleemosynas illius enarrabit o-



mnis ecclesia san cto rum.


Tonus lectionis in Missa defunctorum.




Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Annot. Ita punctum, cetera ut in exemplo epistolae praecedentis.


Tonus Evangelij.




Sequentia Sancti Evangelij secundum Matthæum.




In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis:




Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo




sal evanuerit? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur




foras et conculcetur ab hominibus. . . . Qui ergo




solverit unum de mandatis istis minimis, et docu-



erit sic homines, minimus vocabitur in regno cæ-



lorum: qui autem fecerit et docuerit, hic



magnus vocabitur in regno cælorum.

Quando in cantu frequentius recurrunt eadem punctationes, scilicet vel crebræ interrogaciones, vel puncta, vel duo puncta: satius est, ut earum quædam tanquam commata efferrantur, id verò ad evitandam eorundem tonorum ingratam repetitionem.

Gloria

In Festo duplici.

Glo ria in excelsis De o. Glo ria in ex-

cel sis De o. Glo ria in excelsis De o.






In Domin: et semiduplic.

Glo ria in excelsis Deo. Glo-

ria in excelsis Deo. Glo ria in ex-


De Angelis.

cel sis De o. Glo ria in

De Beata.*in Missa Rorate.**in Nativ: Dni.**Tempore Paschali.***Credo.**



Cre do in u num De um. Cre do in



unum De um. Cre do in unum Deum.



Credo in unum De um.

Ite Missa est.

1.


2.




I te missa est. I te
Benedica mus Do mino.

3.

4.



Missa est. I te Missa est. Be ne-
Benedicamus Domino.



di ca

mus Do-

LI

5

mino. I te
Be nedicamus Do-

6.

mis sa est. mino. Benedica mus Do-

7.

mino. I te
Be nedicamus

8.

Do missa est. I te missa est.
mino.

*e_b*⁹

Benedica mus Do mino,

10. *Lugubre.*

Bene dica mus Do
vel. Bene dica mus Do mino

11.

mino. Be nedica mus

12.


Do mino. Be ne di-
 I te

e_b

ca mus Do mino.
 missa est.


15.

14.



I te missa est. I te missa est alleluja al-


15.




le 16 luia I te 17 missa est.



Benedica mus. Domino. Benedicamus



18 Do mino.




Bene di ca mus Do

19.








mino. Benedica mus Do



20.

mino. Bene di ca



e_b

e_b

25.

mino. Bene dica mus Do

26

mino.

C

Be ne di ca mus Do

27

mino.

Be ne di ca mus Do

mino.

Iisdem tonis, ut benedicamus potest cantari Ite missa est.



INDEX RERUM

PARS PRIMA.

	<i>pag.</i>
<i>Aspersio</i> in Dominicis per Annum — — —	5
— Dom: Passionis et Palmarum — — —	7
— Dom: Resurr: usque ad Pentecost: — — —	8
<i>Processio</i> in Dominica Palmarum — — —	11
— Feria V. majoris Hebdomadæ Pange lingua — — —	22
— Feria VI. in Parasceve — — — — —	23
— Vexilla Regis — — — — —	25
— Recessit — — — — —	26
— in Sabbato Magno — — — — —	28
— in Nocte Resurrectionis — — — — —	33
— in Dominica Resurrectionis — — — — —	37
— in die S. Marci et diebus Rogat: — — — — —	42
— in Festo Ascensionis — — — — —	72
— Vigilia Pentecostes — — — — —	75
— in die S. Pentecost: — — — — —	ibid:
— in Solemnitate SS. Corporis Christi — — — — —	78
— in Dominicis per Annum Duo Seraphim — — — — —	90

Hymni Sacri.

O Salutaris Hostia — — — — —	94
Jesu Dulcis — — — — —	ibid:
Rex Christe — — — — —	—
Tantum ergo — — — — —	95
Sacris Solemnijs — — — — —	ibid:
Lauda Sion — — — — —	96
Ece Panis — — — — —	97
Te Deum — — — — —	98
Salvum fac — — — — —	99
Fiant Domine — — — — —	100

Pieśni po Polsku.

Trójca Bóg Oyciec — — — — —	100
Boże w dobroci — — — — —	103
Do Ciebie Panie — — — — —	tamże.
Strasliwego Majestatu — — — — —	104
Kto się w opiekę — — — — —	105

	<i>pag.</i>
Boże wieczny — — — — —	106
Anioł Pasterzom mówił — — — — —	107
Wzłobie leży — — — — —	107
JEZU Chryste Panie miły — — — — —	109
Przez Twoje święte Zmartwychpowst: — — — — —	110
Chrystus Zmartwychwstał jest: — — — — —	tamże
Wesoły nam dzień dziś nastał — — — — —	111
Twoja cześć chwala — — — — —	112
U drzwi Twoich stoję Panie — — — — —	tamże.
Gwiazdo morza — — — — —	113
Witaj Królowo Nieba — — — — —	114
Królu Nieba wysokiego — — — — —	tamże.
Przed oczy Twoje Panie — — — — —	115
Święty Boże — — — — —	116

PARS SECUNDA.

Vesperæ Defunctorum — — — — —	119
Orationes diversæ — — — — —	129
Ad Matutinum Venite exult: — — — — —	133
In primo Nocturno Antiph: et Psalmi — — — — —	138
In secundo Nocturno — — — — —	151
In tertio Nocturno — — — — —	163
Ad Laudes — — — — —	180
Missa pro Defunct: — — — — —	193
Ordo Sepeliendi Adultos, Exportatio — — — — —	204
Respons: Subvenite — — — — —	205
Conductus et Sepultura — — — — —	207
Respons: Libera me — — — — —	208
Conductus absente Corpore — — — — —	216
Ordo Exequiarum brevior — — — — —	ibid:
Conductus qui Castrum doloris dicitur — — — — —	218
Ordo Sepeliendi Parvulos Exportatio — — — — —	219
Missa in Sepultura parvuli — — — — —	220
Conductus et Sepultura — — — — —	223
Processio pro Fidel: defun: in Com: OO. FF. DD. — — — — —	229
Processya na dzień Zaśuszny po Polsku — — — — —	233
Instructio ad Cantum choralem — — — — —	239






50 75

WYŻSZA SZKOŁA
PEDAGOGICZNA W KIELCACH
BIBLIOTEKA

121075

Biblioteka WSP Kielce



0157314